



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

Haimo <Altissiodorensis>

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Dominica iij. post Pascha

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

quæ non sunt ex hoc ouili, id est, ex hac gente & ex hoc populo.

Et illas oportet me adducere.

id est, per prædicationem meorum apostolorum ad fidem meam uocare.

Et uocem meam audient.

id est, præceptis meis obdient.

Et fiet unum ouile.

id est, ex utroq; populo una collecta ecclesia in presenti, siue in die iudicii, quæ ueruri sunt iudgi ad fidem.

Et unus pastor.

1. Pe. 2.

¶ Ipse scilicet dñs Iesus Christus, de quo p apostolū Petrū credētibus dicitur: Eratis em̄ aliquādo sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum uestrarum.

DOMINICA TERTIA
post Pascha, Iubilare. I. Petri II

Charissimi, Obsecro uos tanquam aduenas & pegrinos, abstinere uos a carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Et reliqua.

Plchre satis admonet & exhortatur nos apostol⁹ Petrus, fratres charissimi, ut audiuit in præsentilectione dilectio uestra: [Obsecro (inquit) uos tãquam aduenas & peregrinos.] Aduenæ nos sumus & peregrini, quam diu sumus in hac terra, ut Paulus apostolus ait: Non enim habemus hic manentem ciuitatem, noster aut̄ municipatus est in cælis. Aduena em̄ uel peregrinus aut hospes, non cogitat quid in domo sit aliena. Sic & nos quantum possumus, dño largiente, ista omni

Hebr. 13.
Philip. 3.

no debemus despicere, & de cælestibus meditari, unde in aeternū uiuere debeamus, [abstinere uos a carnalibus desiderijs.] ¶ Ideo a carnalibus bonū est abstinere desiderijs, & cælestia semper desiderare, quæ nobiscum ualeant eternaliter permanere. Carnalia autem decipiunt, & ad perditionem perducunt permanentes in eis. Vnde & subditur, [quæ militant aduersus animā.] Sæper nos carnalia trahere conantur ad inferna, quibus resistere cōimodis debemus, & insistere bonis & iustis laboribus, in castitate & cōtinentia, quibus & supplicia dimitemus, & præmia mercamur aeterna.

Cōuersationem uestram inter gentes habentes bonam,] ut exempla bona alijs ostendentes per operum bonorum cōsuetudinem, sicut luminaria sitis lucentes in mundo.

Vt in eo quod detrahunt de uobis tanquā de malefactoribus.] ¶ Mali semper ac maleuoli bonorum hominum facta bona detrahunt, & ad malam famā conantur euertere: metuentes ne malorum delectatio, ut usus pessimus in quo morantur ut pereant, bonorum aliorum factis destruantur & publicetur. Sed nos hoc audientes, oportet multo instātius perseverare in bonis operibus, ut etiam alij meliores saluentur, & isti excusabiles fiant, si conuerti noluerint a malitia sua. Sequitur.

ex bonis operibus uos considerātes, glorificent deum in die uisitationis.

Mar. 19.

¶ Vt ipse dominus in euangelio docet: Sic licet lux bonorum operum uestrorum coram hominibus, ut uos laudem ex eis nequaquā desideretis. &

alij uidentes bona opera uestra, glorificent non nos, sed patrem uestrum qui in cælis est, qui in seruis suis tanta bona ad suorum etiam & aliorum querit salutem.

Subiecti estote omni humanæ creaturæ, propter deum. ¶ Omibus hominibus honorem date, unicuique secundum dignitatem suam, non propter terrena desideria, nec propter humanæ laudis appetitum, nec propter turpis lucri questum, sed tantum propter deum, qui nos docet, di-

Mat. 11. cens: Discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Et ite-

Luc. 14. rum: Omnis qui se humiliat propter dominum, & 18. exaltabitur a domino.

Siue regi quasi præcellenti.

quia princeps est populi. Cui & ipse dominus in euangelio honorem debitum reddere iubet, dicēs:

Mat. 22. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, id est, debitum tributum & subiectionem obedientiæ cum fidelitate. & quæ sunt dei deo fidem rectam, scem firmam, & charitatem perfectam.

Siue ducibus, tanquam ab eo missis ad uin-

dictam malefactorum ¶ De quibus & Paulus ait:

Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi a deo. Dei enim ministri sunt ad coercendam hominum malitiam missi, ut qui sponte mala noluerit uitare, eorum timore uel inuitus uiter.

Laudem uero bonorum.

Rom. 13. ¶ Similiter Paulus dicit: Vis potestatem non timere. Bonum fac, & habebis laudem ex illa.

Quia sic est uoluntas dei, ut beneficientes,

obmutescere faciatis imprudētium hominū igno-
rantiam.] Ut tam cauti & tam perfecti in dei ope-
re sitis, ut nihil habeant quod detrahere de uobis
secundum eorum malam uoluntatem habeant.

Quasi liberi

ab omni peccato, per ueram pœnitentiam & con-
fessionem purati,

& non quasi uelamen habentes malitię liber-
tatis.] Nulla fraus, nulla malitia sit in uobis [sed]
deo quasi domino digne iustis & sanctis opibus,
cum omni fide & uoluntate deseruire contendite,
sicut serui dei:

cum charitate inuicem omnibus propter deum de-
bitum impendite seruitium.

Omnes honorate.

secundum uniuscuiusq; dignitatem, tamē paue-
ribus & minime ualentibus studium maximū im-
peditē seruēdi quia in ipsis Christus maxime hono-
ratur, ut ipse in iudicio diciturus erit: Quod uni
ex minis meis fecistis, mihi fecistis. Nā sequitur, Mat. 25.

Fraternitatem diligite.

¶ Ut ipse dominus in euangelio omnes fratres & p-
ximos esse ostendit, dicens: Omnes em̄ uos fratres Mat. 23.
estis: unde & diligere nos inuicem iubet, cum ait:
Hęc mando uobis ut diligatis inuicem. Et Iohan Ioha. 15.
nes: Qui fratrem suum quem uider, nō diligit, de 1. Ioh. 4.
um quem non uider, quomodo potest diligerē?
Quia nec deus uere sine pximo, nec pximus uere
diligitur sine deo. Et Paulus: Dilectio pximi ma- Rom. 13.
lū nō operatur. Plenitudo ergo legis, est dilectio.

Deum timete, regem honorificate.

Monet ergo cōgruū cunctis impēdere honorē, &

iuxta imperium dñi, Cafari quæ cæfaris sunt, &
 Mat. 22. deo reddere quæ dei sunt. Qui timet deū, facit bo
 Eccle. 15. na: quia initium sapiētiae, timor domini. De timo-
 re domini omne bonum nascitur, & per timorem
 domini omnis malitia hominis euacuat. Quia
 qui timet deū, diligēter se a peccatis custodit. Sic
 ergo timeamus deū, ut diligamus eum quia perfe-
 cta est charitas, quæ foris mittit timorē seruilem.

Serui, subditi estote in omni timore domi-
 nis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dy-
 scolis. Hæc est em̄ gratia in Christo Iesu domino
 nostro.] ¶ Propter dei timorem pariter & amo-
 rem dignū & iustum est unicuiq; homini, suo dño
 fideliter seruire, siue p̄sentibus, siue p̄sētibus:
 quia q̄cquid homo boni fecerit propter deū, nihil
 p̄dit, quia ipse reddet unicuiq; secundum opa sua.
 Sēper enim in uita hominis finis quæritur, qualis
 sit extremo tempore uitæ suæ: quia de fine suo unus
 quisq; aut iustificatur, aut cōdemnat. Ideo instā-
 tissime bona quæ cœperit unusquisq;, perficere cō-
 tendat, ut p̄petuā a dño mercedē accipiat, ipso lar-
 gente q̄ uiuit & regnat in secula seculorū Amen.

DOMINICA III. POST

Pascha, Iubilate. Iohannis XVI.

In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis:
 Modicum & iam non uidebitis me, & iterum
 modicum & uidebitis me, quia uado ad pa-
 trem. Et reliqua.

Modicum & iam nō uidebitis me] mortā-
 lem, corruptibilē, comprehēibilem, sicut,
 nunc uideris [& iterum modicum & uide-

bitis me Immortalem, incomprehensibile, incorruptibilem. Quoties euangelicam lectionem recitamus, considerandum est, quia solet contingere, ut quaedam pars eius specialiter ad discipulos, quibus corporaliter loquebatur, pertineat, quaedam uero generaliter ad uniuersalem ecclesiam. Quod in hac lectione facile comprobatur, si textus eiusdem diligentius consideretur. Quod uero ait, [modicum & iam non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me,] specialiter ad discipulos pertinet, quibus per corporalem presentiam loquebatur. Quod autem illis non intelligentibus, inferius exposuit dicens: [Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos] & c. usque [uertetur in gaudium,] sic apostolis specialiter conuenit, ut etiam uniuersali ecclesiae generaliter congruat. Quia ergo ea qua traditus erat nocte, haec discipulis loquebatur, modicum erat quo eum uisuri non erant: quoniam ipsa nocte comprehensus, & in crastino crucifixus, in sepulchro est collocatus, & tunc ceperunt eum non uideri. Nocte uero ac die sequenti in sepulchro quiescens, mane prima sabbati resurrexit, & discipulis ianuis non apertis apparuit. Siue certe futurum erat modicum, quo eum uisuri erant, quoniam post resurrectionem per quadraginta tantummodo dies in multis argumentis eis apparens, quadragesimo die illis uidentibus in caelum ascendit. Unde & subditur.

Quia uado ad patrem.

Quod non de diuinitate, sed de humanitate loquitur. Iterum se dicit ire ad patrem per humanitatem, a quo non discessit per diuinitatem, sicut ipse ait: Ego & pater unum sumus. Sicut enim patrem non deseruit, cum apostolis apparuit, sic apostolos non

Act. 1.

Ioh. 10.

H

- dereliquit, cum ad patrē redijt, sicut ipse dicit: **Ecce** ergo uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Manens ergo cum patre per diuinitatē, discipulis apparuit per humanitatem: & reuertens ad patrem per humanitatem, mansit cum discipulis per diuinitatem sicut alibi dicit: Exiui a patre, & ueni in mūdum. Venire quippe & redire, humanitatis est: manere & esse, diuinitatis. Quod facile illorū intellectui patet, qui in uno mediatore dei & hominum utranque naturam, diuinam scilicet & humanam, consentiunt. Et bene ad patrē ire dicitur quia quam diu cum discipulis cōuersatus est, simili carne indutus quod & illi, potuit simul cum illis comprehendi, ligari flagellari, somno grauari, fatigari, crucifigi & mori, & his similia ad humanitatem pertinentia pati: sed post resurrectionem, abiecta carnis mortalitate, ita a patre clarificatus est, & impassibilis atque immortalis factus, ut nullū illorum patiat. De quo per Paulum dicitur: **Et si** noueramus Christum secundum carnē, sed iam nunc nō nouimus. Et iterum: Christus resurgēs ex mortuis, iam non moritur &c. Et quia patres mentes discipulorum, per magistri absentiam corporalem sine graui tædio & dolore ferre non poterant, manifestatur cum subiungitur:

Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem: Quid est hoc quod dicit nobis, modicum & non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me, & quia uado ad patrem? Dicebāt ergo: Quid est hoc quod dicit nobis modicum? **Ne** scimus quid loquitur. **Ioh.** Habet autē humana mens hoc proprium, ut quod omnino non uult, aut tæ-

de intelligat, aut tardius credat. Et ideo discipuli, quia volebant, nec credebant quod pius magister ab eis corporaliter separaretur, quamuis manifeste diceret, modicum & iam nō uidebitis me, non hoc intelligebant. Vnde & inter se conquirentes dicebant: [Quid est hoc qd dicit modicum? Nescimus quid loquitur.] Iuxta hunc sensum, cum alibi eis suam passionem p̄diceret, dicens: Ecce ascēdimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia q̄ scripta sunt p̄ prophetas de filio hoīs, &c. subiunctum est. Et ipsi nihil horum intellexerunt: erat enim uerbum istud absconditum ab eis, & nō intelligebant q̄ dicebantur. Quare? Quia quem pati non oprabant, ut pati posset, non intelligebant. Sed q̄ relas suas ad callida argumēta nō conuerterunt, sed pium magistrum humiliter interrogare dispouerunt, ille q̄ cordis est scrutator, eorū cogitationes p̄ueniens, antequam interrogaretur, respondit, ut qui in multis se deum esse ostendit, etiam in cordi um inspectione se eum esse declararet, illum scilicet, de q̄ scriptum est: Dñs nouit cogitationes hominum qm̄ uanæ sunt. Et psalmista: Intellexisti cogitationes meas de longe. Et iterum: Cogitatio hominis confitebitur tibi Et Salomon. Tu deus solus nosti corda filiorum hominum. Et iterum: Qu: sunt in corde hominum, oculi tui uident dñe. Et rursus: Homo uidet in facie, deus autem in corde. Sine cogitationes eorum p̄uenire uoluit, ut ostenderet eos nō debere dubitare ex eius promissionibus, quem tam facile occulta suarum cogitationum uidebant dinoscere. Vnde & subditur:

Cognouit aut̄ Iesus, quia uolebant eū interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter uos

H ij

Mat. 20.

Psal. 93.

Psal. 138.

Psal. 75.

2. Par. 63.

1. Re. 16.

quia dixit, modicū & non uidebitis me, & iterū modicum & uidebitis me. ¶ Ac si diceret: Si hoc uos conturbat, & uestras mētes sollicitat quia dixi, modicum & non uidebitis me, adhuc audite:

Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus autē gaudebit. Vos autē cōtristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium.] ¶ Flebāt em̄ amatores Christi, cū eū quē sine culpa in mundo cōuersari cōspexerāt, q̄si reum cōprehēdi, ligari, flagellari atq; crucifigi uiderunt. Neq; em̄ sine graui dolore uel fletu eius mortem uidere poterant, cuius uitā nimio amore dilexerāt: quen h̄ prius mortuos suscitare uiderāt, mortuum uidebant. At ecōtra mundus gaudebat, id est, Iudæ orū populus, qui propter mundi amorem recte mundus uocatur, cum cerneret eū crucifigi, qui grauis erat eis etiam ad uidendum, existimātes non ē eius esse deletum. Sed nunquid semper reprobī lætābuntur, & electi contristabuntur? Non. Dicam qd̄ dicat: [Tristitia uestra uertetur in gaudiū.] Sed tristitia apostolorum uersa est in lætitiā, quando (sicut ait euangelista) gauisi sunt discipuli uiso domino. E contra falsa lætitia Iudæ orū cōmutata est in mœstitiā, intantum ut eius resurrectione audita, militibus pecuniam promitterent, dicentes: **Mat. 28.** Dicite, quia nobis dormientibus uenerunt discipuli eius nocte, & furati sunt corpus eius: & si hoc auditum fuerit a præside, nos suadebimus ei, & securos uos faciemus. ¶ Sed quia partem huius lætioris superius generaliter ad uniuersalem ecclesiam pertinere diximus, suis uerbis dñs fidelibus lætū & fletū indicat, quibus dicit: [Amen amen dico uobis, quia plorabitis] &c. usq; [uertetur in gaudiū.]

Ioh. 20.

Mat. 28.

In cōualle namq; lachrymarum positi, sarcina peccatorum grauati, non solū pro remittendis peccatis descent, sed etiam pro expectatiōe æternæ uitæ quotidie gemūt, dicentes cum Psalmita: Lauabo per singulas noctes &c. Et iterū: Cibabis nos pane lachrymarum. Et rursus: Heu mihi quia incolatus meus &c. Et alibi: Fuerūt mihi lachrymę meę panes die ac nocte. Recolunt em̄ unde ceciderint, & cōsiderant ubi peruenerint. Dumq; reproborū pœnas & gloriam iustorum ante mētis oculos reducunt, in conspectu pijsimi iudicis maculas peccatorum fonte abluunt lachrymarum, dicentes cū Psalmita: Dñe, ante te omne desiderii meū, & gemitus meus a te non est absconditus. Et iterum: Deus, uitam meam nuncia uitibi. Nec solum pro suis, sed etiam aliquoties pro alienis sancti descent peccatis, cum eos irreuocabilit̄ in eis persistere uident, sicut faciebat Paulus apostolus, qui dicebat: Lugeo multo sex his qui antea peccauerunt, & nō egerunt pœnitentiam super impudicitijs quas gesserunt. ¶ At uero mundus gaudet, id est, mūdi amatores, cum extolluntur in honoribus, in salute corporum, in abundantia rerum, in procreatione filiorum. Recte autem mundus uocatur, quia totum desiderium suum in mundi amorem ponunt, & nullam aliam uitam diligūt, de quibus dñs ait in euangelio: Pater iuste, mūdus te non cognouit. Et Iohannes apostolus: Mundus totus in maligno positus est. Sed umbratica atq; fumatia eorū lætitia in tristitiam uertitur, quia sicut ait beatus Iob, Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. quibus dñs ait in euangelio: Vx qui ridetis, quia plorabitis. quibus

Psal. 6.

Psal. 79.

Psal. 119.

Psal. 41.

Psal. 37.

Phil. 55.

2. Co. 12.

Ioh. 17.

1. Ioh. 5.

Iob. 21.

Luc. 6.

etiam per prophetam impropere dicitur: *Ecce serui mei letabuntur, uos autem confundemini: ecce serui mei exultabunt in letitia, uos clamabitis pro dolore cordis & pro contritione spiritus uestri ululabitis.* Iustorum autem breuis tristitia in aeternam letitiam conuertetur, quoniam mortale hoc induetur in mortalitate, & corruptibile hoc induetur in corruptione, & qui modo seminant in lachrymis, tunc in gaudio metent. Et quando implebitur illud quod dominus ait: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Et Iob: *Os ueracium implebitur risu.* Tunc ergo reproborum letitia in tristitiam uertitur, quando cum post uniuersale iudicium uiderint sanctos in gloria coronari, & se in tartarum precipitari. Et incipient lugere, dicentes: *Isti sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem impropere, nos insensati, uitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore.* Quomodo nunc inter filios dei sunt computati, & inter sanctos fors illorum est? Sed quia discipuli nondum erant capaces ad supra dicta intelligenda, uolens dominus ex rebus terrenis dare similitudinem, & ad eorum tristitiam consolandam, similitudinem intulit, dicens:

Mulier cum parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius. Item iuxta literam ita est, quoniam mulier cum parit, cum moerore & tristitia parit: quia ex eo tempore, quo primae matri nostrae dictum est, in dolore paries filios, mulieris natura est cum moerore & dolore parere. Spiritually haec mulier sanctam significat ecclesiam, quae non propter mollietatem mulier dicitur, sed propter coniunctionem uiri, de qua iure canitur: *Nobilis in partu uir eius, quando sedet cum senatoribus terrae.* Ex fecunditate p-

Mat. 5.
Iob. 8.
Sap. 5.
Gen. 3.
Provi.

his mulieri comparatur, quia hæc mulier tot quo-
 tidie filios dei parit, quot fideles per undam bap-
 tismatis & gratiã spiritus sancti regenerat. De qua
 regeneratione dñs alibi ait: Nisi quis renatus fue- **Ioh. 3.**
 rit ex aqua & spũ sancto, &c. Hęc est enim illa mu-
 lier, de qua dñs in euangelio figurate loquitur, di-
 cens: Simile est regnum celorum fermento, quod **Mat. 13.**
 acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus
 donec fermentaretur totum, q̃a ecclesia doctrinã
 sancti euangelij in tribus partibus mundi semina-
 uit, Asia, Aphrica, Europa, donec fermentaretur to-
 tum, id est, donec totum genus humanum prædi-
 cationem Christi audiret. De qua etiam per Salo- **Pro. 31.**
 monẽ dicitur: Mulierem fortẽ quis inueniet? Pro-
 cul & de ultimis finibus precium eius. confidit in
 ea cor uiri sui, & spolijs non indigebit. In cuius ty-
 po uel figura, regina Saba a finibus terræ uenit in
 Ierusalẽ audire sapiẽtiã Salomonis. Sed hæc mu-
 lier cum parit, tristitiam habet, quia uenit hora ei-
 us: quia sancta ecclesia, cũ in prædicatione inuigi-
 lat, aliquãdo ab exteriorib⁹ hostibus, semp̃ aut̃ ab
 interioribus premitur. Bellum em̃ quotidie agit,
 non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus
 principes & potestates, aduersus mundi rectores
 tenebrarum harum, cõtra spiritalia nequitie in ce- **Psal. 33.**
 lestibus, sciens scriptum: Multæ tribulationes iu- **Act. 14.**
 storum. Et iterum, Per multas tribulationes opor-
 tet nos intrare in regnum dei. Ad cuius mulieris
 membra nouerat se Apostolus pertinere, cum spi- **Gala. 4.**
 ritualium filiorum lapsum gemitunda uoce de-
 flebat, dicens: Filioli mei, quos iterum parturio, do-
 nec formetur Christus in uobis. Et propheta, cum **Isaig. 26.**
 dicebat: A timore tuo domine cõcepimus, & par-

turivimus spiritum salutis.

Cum autem pepererit puerum.

Ro. 8. Sicut mulier nato puero gaudet, sic ecclesia, cum fidelium animas ad æternam vitam transmittit, gratulatur. Sæper enim inter pressuras tribulationum subleuatur spe premio, illud Apostoli in memoriam reducens: Non enim condignæ passiones sunt huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quale autem quantumve ibi sit gaudium, his verbis manifestatur, quibus dicitur: [tam non meminit pressuræ] præcedentis, [propter gaudium] subsequens: [quia natus est homo in mundo.] Tanta enim gloria datur sanctis, ut non solum de futuro non timeant, sed etiam præteritam pressuram obliuiscantur, sicut per Iohannem in Apocalypsi dicitur: Absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & iam non erit amplius neque luctus, neque clamor, neque dolor ullus, quoniam priora transierunt. De quorum spirituali letitia etiam per Psalmistam dicitur: Exulabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis. Tanta enim ibi erit securitas, ut etiam morti insultent, dicentes: Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est contentio tua? Vbi est summa vita, imago mortis erit nulla: quia qui nunc pugnant in certamine, tunc coronabuntur in remuneratione. Recte autem homo natus in mundo dicitur, cum anima fidelis ad futuram vitam transit: quia sicut consueta narratione nasci dicimur, cum de utero matris in mundum progredimur: sic fidelis anima spiritualiter nasci creditur, quando de ærumna presentis vite ad beatam vitam transire meretur. Vnde mos ecclesiasticus obtinuit, ut dies beatorum martyrum siue confessorum, quibus de hac vita migraverunt, non

**Apo. 7.
& 21.**

Psal. 149

1. Cor. 15

funebria, sed natalitia uocem: quia tunc felicius ui-
 uere coeperunt, cum per mortis umbram ad uitam
 aeternam peruenire meruerunt. Quam uitam dominus si-
 delibus promittit, dicens: Qui credit in me, etiam si Ioh. 11.
 mortuus fuerit, uiuet. Illa autem natiuitas multo feli-
 cior est ista, quia prima natiuitate terris nascimur
 morituri, secunda uero caelo nascimur sine fine ui-
 eturi, canentes cum Psalmista: Melior est dies una Psal. 85.
 in atrijs tuis super millia. Exponens autem domi-
 nus quid in similitudine, quam de muliere propo-
 suerat, intelligere uellet, adiunxit:

Et uos igitur nunc quidam tristitiam habe-
 tis. Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor ue-
 strum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Ac si
 diceret: Sicut mulier cum parit, tristitiam habet, sic &
 uos de mea passione contristabimini: & sicut mu-
 lier nato puero gaudet, sic uos mea resurrectio lae-
 tificabit. Sed quid est quod ait, [Iterum autem uide-
 bo uos] Nunquid aliquo interuallo temporis ab ei-
 us uisione abscondimur, cuius oculis nuda & aper-
 ta sunt omnia? Non. Sed quod ait, [uidebo uos, [tale
 est ac si dixisset, Eruiam uos de tribulatione, & libe-
 rabo uos de angustia. Videre enim nos dicitur deus
 tunc proprie, quando miseratus a pressura tribula- Exo. 3.
 tionis absoluit, sicut ipse ait Moysi: Videns uidi af-
 flictionem populi mei, &c. Et illud quod Psalmi-
 sta precabatur, dicens. Vide humilitatem meam & eri- Psal. 118.
 pe me. Vidit ergo apostolos dominus, quando eos de an-
 gustijs, quas de eius passione sustinuerat, liberauit.
 Siue certe quod ait, uidebo uos, tale est ac si diceret
 per tropicam locutionem, uidere uos faciam. Vide-
 re enim deus dicitur, quando ut nos uideamus il-
 luminat, sicut & cognoscere dicitur, quando ut co-

- gnoscamus facit, uelut ipse ait Abrahā: Nunc cognos-
 ai qđ timeas deum, id ē, cognoscere te feci. Quod
 aīc ait, [& gaudebit cor uestrum] datur intelligi,
 ga gaudium est cor discipulorū, quod de eius pas-
 sione fuerat cōtristatum, quando eum a mortuis
 resurrexisse uiderunt. Et adhuc huberiori gaudio
 iuncti uandati, qđdo hominē deo coniunctum,
 collaudantibus angelis, in cęlos ascendisse conspe-
 xerunt, sicut Lucas euangelista ait: Et ipsi adorā-
 tes, regressi sunt in ierusalē cū gaudio magno, &
 erant semper in tēplo laudantes & benedicētes deū,
 ¶ Queritur autē qđ dicat, [& gaudium uestrū ne
 motoller a uobis.] cum post eius ascensionem nō
 solum frequenter cęsi, sed etiam uinculis stricti &
 carceribus immissi legantur. Sed sciendum, quia
 gaudium quod de eius resurrectione & ascensione
 perceperunt, nulla tristitia, nulla persecutio, nulla
 angustia ab eis auferre potuit, qđ potius (ut scri-
 ptura refert) ibant gaudentes a cōspectu concilij,
 dicentes dignos se esse pro nomine iesu cōrumē-
 lias pati. Vnde & unus eorum gratulabundus aie-
 bat: Omne gaudium existimate fratres, cū in uari-
 as tribulationes incideritis, sciētes quia tribulatio
 patientiam operatur, patientia autē probationem,
 probatio uero spem, spes autem non cōfundit: ga-
 charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spi-
 ritum sanctum, qui datus est nobis. Hoc inuisibile
 & inenarrabile gaudium dominus promittebat
 apostolis, cum dicebat: Petite & accipietis, ut gau-
 dium meum in uobis sit, & gaudium uestrum im-
 pleatur. Huius ineffabilis gaudij, quod nemo ab
 apostolis auferre potuit, participem se nouerat es-
 se apostolus Paulus, cum dicebat: Quis nos separa-

Gen. 22.

Luc. 24.

Act. 5.

Iac. 1.

Ro. 7.

Ioh. 16.

Ro. 8.

bit a charitate Christi? Tribulatio: an angustia: an
 fames: an persecutio, an nuditas: an gladius: Cer-
 tus sum ga neq; mors, neq; uita, neq; presentia, ne-
 q; futura, neque altitudo, neque profundum, neq;
 alia creatura poterit nos separare a charitate dei,
 quæ est in Christo Iesu. Et nos igitur si pro modu
 lo nostræ fragilitatis in præsentia uita cum aposto-
 lis contristari non renuerimus, ad illud ineffabile
 gaudium, quod ille promittebat, peruenire mere-
 bimur, quando in triobimus in conspectu domini
 in exultatione, quia (ut ait Apostolus) si fuerimus
 socij passionum, erimus & cõsolationis: & si com-
 patimur, & conregnabimus. Quod gaudiũ nemo
 tollet a nobis, ga nulla uarietas, nulla tristitia, nul-
 lus met^o mortis, in æterna lætitia inueniri poterit,
 sed (sicut ait scriptura) gaudiũ & lætitiã obtinebũt
 qui redempti fuerint a dño, & conuenient in Sion
 lætan'es, & lætitia sempiterna super capita eorũ.

2. Cor. 2.
 Rom. 8.

Isaig. 35.

DOMINICA IIII. POST

Pascha, Cantate. Iacobi. I.

Charissimi, Omne datum optimum, &
 omne donum perfectum de sursum est. Et
 reliqua.

ET generaliter de omnibus, & specialiter de
 unaquaque a deo data uirtute intelligitur.
 Potest autem & specialiter datum optimum,
 de continẽtia matrimonij, & donum perfectum
 de uirginitate intelligi.

Descendens a patre luminum.

Pater luminum dicitur deus, quia ab ipso, siue in-
 uisibiliũ luminũ, ut sunt angeli, de quib^o in princi-
 pio dixit deus: Fiat lux, siue animarũ illarũ, quibus

Gen. 1.